



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

87. An Pontifex possit dispensare in radice matrimonij, ita ut legitimatus succedat etiam ad temporalia? Et advertitur Potificem graviter peccaturum, si sine aliqua magna causa hanc legitimationem, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

Vnde cum *Ephes. 1. cap. 9.* numerantur *Aegyptij* infidelios incolas, ut notavit recte *Caietanus*. In nova vero lege gratiae idem constat, quia generaliter in lege gratiae nullum ius diuinum purè positum agnoscitur. Tum quia nullus est locus Scripturae sacrae in nouo Testamento, in quo ea irritatio contineatur. Tum etiam, quia in lege gratiae nullum ius diuinum purè positum agnoscitur, praeterquam fidei, & Sacramentorum. Cum ergo praecipuum hoc non pertineat ad fidem, vel Sacramenta suscipienda, sed ad contractum naturalem à Christo eleuatum ad Sacramentum rite celebrandum, si naturale non est, ut probavi nec diuinum positum erit. Non enim *Christus Dominus* in matrimonio aliquid immutauit, quod ad ius naturae pertinet, sed tantum id, quod contractus quidam naturalis erat, eleuauit ad esse Sacramenti.

9. Ad confirmationem testimoniorum *D. Pauli* respondeo testimonia relata solum probare id matrimonium iure diuino esse prohibitum; in illis tamen nulla de eius irritatione mentio fit. Ex alio capite fiat matrimonium iure naturali, vel positio prohiberi, & non esse irritum eo iure, nam matrimonium contra priorem sponsalium fidem, vel aduersus simplex castitatis uotum emissum in saeculo, est prohibitum iure naturali distante fidem homini per sponsalia datam esse praestandam, & iure diuino esse Deo soluendum si dem; & tamen constat in neutro eventu matrimonium esse irritum.

10. Ad secundum argumentum respondeo, Christum non instituisse in sacramento Matrimonium personam baptizatam adhuc ut parte Sacramenti, nisi quando etiam est cum altera baptizata, quamuis non posset fieri Sacramentum, quia etiam matrimonium inter non baptizatos potest valide fieri, quamuis non fiat Sacramentum. Quare dictum matrimonium tamen irritum fit in ratione Sacramenti, quia nequit diuino iure consistere, nisi inter duos fideles baptizatos: non tamen erit inualidum in ratione contractus naturalis, attento solo iure diuino, sed solo iure Ecclesiastico. Ad confirmationem negatur sequela. Nam satis est Ecclesiam habere potestatem in personam fidelem baptizatam, ut possit eius matrimonium cum infideli irritare; quia cum matrimonium necessarium exigit duos contrahentes habiles, eo ipso, quod Ecclesia reddat inhabilem fidelem, ut cum infideli contrahat, corrumpit omnino matrimonium quod nequit claudicare.

11. Sed quid dicendum de matrimonio fidei cum haeretica, an sit nullum. Ratio difficultatis pro parte affirmatiua desumitur ex *VI. Synodo can. 72.* dum matrimonium inter personam Catholicam & haeticam dicitur irritum, & esse dissoluum.

12. Conueniunt tamen communiter Doctores, matrimonium inter dictas personas esse validum. Ita *Sancius lib. 6. disp. 72.* & *Aegidius disp. 31. dub. 3.* & id supponitur in *e. decret. 14. de haeticis, in 6.* Et ratione constat, quia id nullo iure irritatur, quia non Ecclesiastico scripto, quia nullum extat dictum autem *can. 72.* in quo irritum dicitur, nullius est auctoritatis, quia non fuit editus à *VI. Synodo*, sed post ipsam dissolutam, cum multis aliis canonibus, quos *Trullanos* vocat, editus fuit à nonnullis Episcopis: neque id irritatur iure aliquo Ecclesiastico, quod consuetudine sit introductum, aut esse constat, quia non fuit Ecclesiae in usu, sed potius oppositum.

13. Addimus tamen, matrimonium inter dictas personas esse prohibitum iure Ecclesiastico, ut patet ex concilio Chalcedonensi *can. 13.* & ex communi consuetudine Ecclesiae id habentes ut illicitum: &

non esse prohibitum alio iure, non diuino, quia de eo non constat, neque naturali, quia id non est contra rationem, secluso probabili periculo peruersionis personae, Catholicae, & malae educationis proles, cui uerè potest obuiari. Vnde Pontifex in dicta prohibitione dispensare potest, ut inter dictas personas possit licite contrahi matrimonium. Ita *Hurtadus de matrim. disp. 24. diff. 2.*

14. Et idem *Perez de matrim. disp. 46. sect. 2. n. 7.* docet posse Papam dispensare, ut fidelis cum haeretico contrahat, sicut ut & fidelis cum infideli non baptizato contrahat. Hoc est certum, quia Pontifex dispensare potest in omni iure Ecclesiastico, quo attingit matrimonium cum haeretico illicitum est, & illud aliud cum infideli est irritum. Quod si Pontifex dispenseret ex iustissima causa ut si haeticus, vel infidelis esset potens, & speraretur eius conuersio, & publicum subditorum bonum spirituale, nec immineret periculum proliibus, quia paratus esset permittere, ut catholicè educarentur; quo casu illud matrimonium desineret iuri naturae repugnare, tunc certè talis dispensatio non solum esset valida, sed licita, & omni profus culpa vacans. At si dispenseret Pontifex sine ulla iusta causa; ea dispensatio non excularet contrahentes à peccato mortali contra ius naturae, at efficeret validum matrimonium, ut potè quod solo iure Ecclesiastico irritetur. Vnde istud matrimonium ualere, sed illicitè contraheretur, quatenus iure naturae est illicitum. Sicut si Pontifex dispenseret abique legitima causa, ut Sacerdos uxorem duceret ualere matrimonium, quo solo iure Ecclesiastico erat irritum, at peccaret mortaliter Sacerdos contra uotum castitatis quod iure naturali diuino impedit matrimonium. Ita *Perez*; sed hic obiter quare, an in locis, in quibus consuetudine legitima derogatum est, ne petatur dispensatio ad contrahendum matrimonium cum haeticis procedat etiam in Regibus. Et affirmatiuè respondet *Emin. Cardinalis Lugo in doctissimo tr. de Fide disp. 22. sect. 22. num. 10.* quia si non tenentur petere dispensationes subditis; ergo neque Princeps; sed ego nego consequentiam, nam est dispar ratio inter matrimonia Regum & aliorum, nam matrimonia regum sunt maioris momenti & possunt multa pericula & inconuenientia adducere; quae quidem diiudicanda, & perpendenda sunt, non ab alio, nisi à S. Pontifice, & idem nostram sententiam tenet *Hurtadus de Mendoza vol. 1. de Fide, disp. 76. §. 233.* itaque in permissione dictae consuetudinis, nunquam Pontifex intelligitur includere Reges.

RESOL. LXXXVI.

An Pontifex possit dispensare in radice matrimonij in ut legitimum succedat etiam ad temporalia.

Et aduertitur Pontificem grauius peccaturum, si sine aliqua magna causa hanc legitimationem, seu dispensationem in radice concederet.

Et ex doctrina supra a dicta quaestione inferitur, an uocatus ad feudum, maiorem, fidei commissum, & ideo exclusus, quia professus in approbata Religione, uel Sacris initiatus, si à Papa dispenseretur, ut nubat; an ipse sic dispensatus succedat in maiori feudo, & fidei commissum, non obstante quod substitutus in pacifica maneat possessione. Ex part. 8. tr. 1. Ref. 7.

§. 1. Diximus supra, posse Pontificem dispensare in radice matrimonij. Nunc uidentum est, an hoc procedat etiam ad temporalia, & negatiuè

Quamuis non
plene sup-
hoe, & seqq.
lege tamen
in tom. 2. tr.
6. doctriam
Ref. 11.

negativè respondet Navarrus *lib. 4. consiliorum in 2. edi-*
tionibus. qui filij sunt legitimi. consil. 2. vbi ait, Grego-
rium XII. anno Domini 1584. noluisse dispensare,
dicendo, se non posse legitimare filios susceptos
ex matrimonio irritò, sicut non potest dispensare
quoad secularia cum spiritibus absque matrimonio.
*Eiusdem opinionis memini fuisse Molinam *tom. 3. de**
*irritis, tract. 2. disp. 624. num. 3. & Cervantes *l. 1. 2.**
*Tauri, num. 106. quibus adde Harradum *de marr.**
*disp. 26. diff. 1. num. 5. Coninck *de Sacram. disp. 3. 3.**
*lib. 4. & novissimè amicissimum Perez *de matrim.**
disp. 44. sect. 5. num. 4.
 2. Sed ego puto omnino affirmativè sententiæ ad-
 hærendum esse, quam canonizavit sacra Rota in no-
 vissimis *decis. 112. 1. coram Seraphino; & in Syracu-*
sana illegitimitatis 19. Octobris 1573. coram Cle-
*mente VIII. Pontis *decis. 487. lib. 2. & communiter**
*Pauli consilii, quibus adde Sanchez *de matrim. lib. 8.**
*disp. 7. num. 4. Sanctarellum *in variis responsis. quest. 43.**
*9. & alios. Vnde sacra Rota *ubi supra* addit, hanc*
 dispensationem in radice inducentem prolis legiti-
 mitatem esse tantæ virtutis, & potentie, vt opere-
 tur etiam in præiudicium tertij alijs vocati ad suc-
 cessionem, seu successuri; nam cum hac dispensa-
 tione matrimonium de facto reponatur in tali sta-
 tu validitatis, in quo fuisset, si illud legitima dispen-
 satio præcessisset, seu tollatur impedimentum, ac si
 non fuisset, in quo factu matrimonium fuisset va-
 lidum, ad eundem etiam statum reducit proles ex
 eo matrimonio suscepta. Quare provt si talis pro-
 les esset genita ex vero, & legitimo matrimonio, pro-
 cedente legitima dispensatione succederet patri, nec
 illius successio diceretur in præiudicium tertij, cum
 ille tertius non esset vocatus ad successionem, nisi in
 casu defectuæ prolis legitime, vnde illa existente
 verum esset dicere, nulli præiudicium ex successione
 simul prolis fieri, ita eodem modo dicendum est de
 filio nato ex matrimonio nulliter contracto de facto,
 superveniente super illo dispensatione in radice, quæ
 matrimonium reddit validum, ex tunc & filios ex
 illo susceptos legitimos ex eodem tempore, & ab
 initio iuxta conceptionis, vt *supra* ostensum est. Ex
 quo etiam inferitur, vt in tali casu nõ possit proprie-
 tate præiudicium alicui tertio illatop, seu inferri,
 cum num. quæ huic tertio ius succedendi competi-
 ritante tali prole ab initio sue conceptionis legiti-
 me per dispensationem in radice. Et quamvis (sub-
 dit Rota *in fine dicti. num. 16.*) dum ista dispensatio
 non obtinetur, habet et ille tertius aliquam sp̄e suc-
 cedendi, illa evanuit per dispensationem in radice
 subsecutam. Confirmat Rota *num. 17.* huiusmodi
 dispensationem in radice operari in præiudicium ter-
 tij, si id præiudicij vocari potest, quia sublato per
 dispensationem impedimento, istud præiudicij ven-
 nit contentiue, quod non attenditur per Doctores à
 Rota *dicti. num. 16. relatos: vnde si dicas, sublato per*
Papam impedimento cessare quidem illegitimitatē
quoad spiritualia, & dampnata iure civili, in quo
nequit Summus Pontifex, nisi pro statu suo tempo-
rali dispensare, & consequenter requiri in effecti-
bis ex eodem iure civili insurgentibus.
 3. Respondet Rota (eodem modo soluit Sanchez
dicti. disp. 7. num. 4.) Papam in his effectibus de iure
 civili secuti nõ posse directè dispensare, ac posse indi-
 rectè, & per quandam consequentiam destruendo
 legem canonicam, & Ecclesiasticam, ex qua tanquã
 ex fundamento effectus, seu damna à iure civili in-
 ducta pendebant. Aliqua enim, quæ indirectè, &
 principaliter fieri nequeunt, indirectè, & per quan-
 dam consequentiam fieri possunt, ex Bartol. *in l. 1.*
n. 1. ff. de arboribus. dicente, quod quando aliquid per
se separatum ab alio est prohibitus, sed illud necessa-

riõ sequitur ad positionem alterius, permitti, quod
 non licet directè, licet per consequentiam; vt in *l. 1. ff.*
de iudic. §. illud. ff. de pactis. l. si is, qui duos in sine. ff. de
liberatione legata. & l. non solum ff. de integritate ex-
situtione. Et constat etiam ex cap. ex litteris de iure-
paron. iuxta quod caput iustitiationis, quod per
se, ac directè vendi non potest absque labe simonia,
 in consequentiam tamen venditur, vendito fundo,
 cui annexum est.
 4. Neque obstat, quod Princeps secularis habens
 plenam potestatem legitimandi in certis sacra ditioni
 subiectis, non possit tamen illud facere in præiudi-
 cium tertij habentis ius ad succedendum in aliqua
 primogenitura, quantumcumque talis legitimatio
 operetur quoad istos effectus: nam militat diversa
 ratio in Summo Pontifice, qui habet potestatem dispen-
 sandi super matrimonio, & qui præcipue illud
 legitimat, & approbat, & super illo de facto cõra-
 do in radice dispensat. Ex quo sequitur, vt proles ex
 tali matrimonio suscepta sit legitima vt ab initio, &
 ex his in consequentiam necessaria venit effectus
 talis dispensationis, etiam in præiudicium tertij.
 5. Quæ potestas dispensandi super matrimonio,
 seu legitimandi super radice matrimonij, cum desit
 in Principe seculari, eod quod hæc dispensatio, seu
 legitimatio spectet solum ad Romanum Pontificem,
 & nõ ad Principes seculares, neque etiam ad Im-
 peratorem, vt tradunt Hostiensis, *in cap. per venera-*
bilem. qui filij sint legitimi. num. 8. versic. si ergo Papa,
ibid. Ioannes Andreas. col. 3. verb. Imperator autem.
Socinus in rubric. ff. de liber. & posthum. n. 7. & consil.
65. num. 8. lib. 3. & Parisius consil. 2. num. 22. lib. 2. quos
refert, & approbat Ioan. Baptista Lup. de illegit. &
natal. restit. lib. dist. comment. 1. §. 1. num. 58. non mi-
 rum si illius legitimatio non operetur in præiudi-
 cium tertij. Et quamvis Antonius Gabriel *dist.*
de legit. mat. conclus. 3. num. 2. dicat plures Doctores
 (quos *ibidem* refert) tenere legitimacionem hanc
 super radice matrimonij fieri nõ posse per Impera-
 torem, subdit tamen contrarium esse verius de iure,
 immo tanquam certum est tenendum, & Doctores
 ab eodem Antonio Gabriele allegato, Ioan. Baptista
 Lupo *dist. num. 5. 8. ait, non agere de legitimacione,*
 per quam dispensatur, seu dispensetur super radice
 matrimonij, sed tantum de restituenda prole natu-
 ra, & ingenuitati antiquæ, ac proinde de legiti-
 macione per rescriptum, non habita ratione ad matri-
 monium, id quod declarant Socinus *in l. Gallus,*
§. si eius. col. 4. in principio, versic. sed ultra ea, que ipse
dicir. ff. de liber. & posthum. & alij, tum relati à Ioanne
 Baptista, tum ab ipso Gabriel. In quo casu verum est
 legitimacionem hanc à quolibet Principe seculari
 concedi posse, non verò legitimacionem super radice
 matrimonij, quæ provenire potest à solo summo
 Pontifice, qui in causa matrimoniali, aut altera spiri-
 tuali dependente à lege canonica supremam habet
 potestatem; *cap. proposuit, vbi glossa in verb. supra-*
ius, de concess. prob. cap. 1. Papa, dist. 40. cap. et consi-
tuetur. dist. 50. cap. nouit, & ibi scribentes de iudi-
ciis, & Doctores in precedentibus allegati.
 6. Aduertit tamen Navarrus *num. 15. consiliorum*
super num. 3. 22. relatorum (quem in hoc sequuntur
*Sanchez *lib. 8. dist. disp. 7. num. 5. & Sanctarellus *dist.***
quest. 43. num. 13. in fine.) Summum Pontificem gra-
 uiter peccaturum, si sine aliqua magna, & iusta causa
 hanc legitimacionem, seu dispensationem in radice
 (quæ reultate potest in graue damnum tertij, scilicet,
 succedentis in hæreditate, si proles talis non legi-
 timaretur) concederet, quia non debet vti plenitu-
 dine potestatis sine tali causa: licet possit ita vti, vt
 valeat actus, secundum Innocentium communiter
 receptum *in cap. innotuit, de elect. ab eodem Navarro*
 allegatum,

IN ORDINE AD SACRAMENTA
 LXXXVII
 E III

allegatum, Propter quæ nescio an sit credibile, quod referat additionator ad consil. Navari in fine dicit. consil. 2. tit. qui filij sint legitimi, in 2. edit. scilicet Gregorium XIII. mense Novemb. 1584. negasse petentiam hanc dispensationem in radice, ac ad idisse se non posse: si enim Pontifex ita respondit, credendum id fecisse, quia in casu sibi proposito deesse iusta causa.

7. Et idem hanc sententiam tenuit nouissimè Frago- sus de Republica regim. p. 1. lib. 3. disp. 6. n. 27. vbi quæres, an Papa possit legitimare, quoad secularia & temporalia filios genitos ex matrimonio irrito, responderi posse. Quia, ait ille, potest suam legem Ecclesiasticam reuocare, quoad effectus iure humano ex ea sequuntur, atque etiam iniquos tollere, perinde ac si nunquam ea lex sancita esset, vt constat ex Clement. vnica. de immunitate Ecclesiast. ibi, quid- quid ex eis factum est, vel ob eas, penitus, reuocamus, & eas habere volumus pro infectis. Nec circa hoc potest esse dubium, cum in iis quæ sunt de iure posituæ, amplius illius potestas. Idem, quia dispen- sando in radice matrimonij, reuocandoque impedi- mentum, retrahitur ad principium matrimonij dispensatio illa, remanentque filij suscepti ex eo ma- trimonio, postquam ac si nati sint ex eo ab initio vali- do, vt cum multis ibi ostenditur, præter quos id etiam tenent Ludouicus Lopez. 2. part. instruit. vbi de matrimo. cap. vltim. col. 2. concl. 3. Borges de irre- gular. 2. part. tit. de interpretatione, extensione, & restric- tione dispensationis, n. 19. Contrarius in epitome 2. part. c. 8. §. n. 13. Anastasius Germon. de sacror. im- munitatibus lib. 3. c. 11. n. 105. Royas epitome succes- sionum c. 2. n. 113. & alij dicentes, posse Summum Pontificem in radice, & per quamdam consequen- tiam legitimare, & habitare ad temporalia, dispen- sando in ipsa matrimonij irriti radice, delendo, re- uocandoque omnia damna ex eo matrimonio incur- sa, restituendoque prolem natalibus, quæ haberet, si ex matrimonio valido nasceretur.

8. Nec obstat si dicas posse Papam dispensare in iis, quæ sunt iuris Ecclesiastici, accedente nouo con- sensu, vt matrimonium subsistat, non tamen posse contrahere damnis ex iure civili secutis, quia fatemur, non posse in illis dispensare directe, sed indirectè, reuocando legem suam Ecclesiasticam, ex qua om- nia pendebant, quæque prius matrimonium irritaba- bat. Quod ad id verum est, vt possit Pontifex ad hunc effectum etiam mortuis partibus dispensare in radice matrimonij, quod dispensatio hæc non in- nitatur in ablatione prioris impedimenti dirimētis, vt valide de nouo contrahatur matrimonium, quod fieri non potest, sed tantum inuitur reuocationi Pontificia legis; quæ posita extinguatur effectus ex matrimonio irrito provenientes, ita Navarra lib. 4. consil. in 1. edit. tit. de sponsalibus, consil. 3. a n. 10. & perult. in 2. edit. tit. qui filij sint legitimi, consil. 2. a n. 10. Sylvester verb. Papa, ad finem. Ancharanus consil. 409 col. 2. Ant. de Reuel. de legit. lib. 2. in prin- cipio, n. 2. quos sequitur Molina de prim. post alios ibi relatos lib. 3. c. 2. n. 2. vbi, si verò impedimentum ex solo iure canonico procedebat dicens posse filium in primogenio, atque in cæteris bonis temporalibus remouente Summo Pontifice ab eo matrimo- nio, in quo consensus interuenit, impeditum, va- lidumque matrimonium declarante.

9. Vnde nostram sententiã contra Molinam mor- dicus tuetur Ioannes del Castillo tom. 5. controu. c. 105. & n. 28. & nouissimè etiam insurgens contra Molinam Petrus Gonzales de lege politica l. 2. c. 1. n. 24. & seq. quæ quidè opinio procedit etiam si tol- leret, vt dictum est ius ab alio quaesitum, siue cederet in præiudicium eorum, qui in hereditate iam

successissent. Quod probatur: tum quia Pontifex, dum tollit legem suam Ecclesiasticam, cuius abro- gationem retrahit ad tempus præteritum, vitur in futuro, consequenter nemini facit iniuriam; tum quia posita illa legis abrogatione, filius legiti- matus efficitur habilis ad illam hereditatem ad- eundam, quam vocati illa conditione tacita adie- runt, nisi alij habentes potius, & firmius ius exi- stant. Sic Declanus cons. 5. num. 67. & seqq. lib. 1. Puteus de cis. 483. num. 2. lib. 2. Ancharanus, Pere- grinus, & alij, quos allegans sequitur Sanchez dicit. lib. 8. de matrimo. disp. 7. num. 6. Basilius Pontius cum alijs per eum relatis, dicit. lib. 11. de matrimo. cap. 5. §. 1. num. 10. quibus accessit Barboza ad cap. per venerabilem, num. 6 qui filij sint legitimi, in suis collectaneis.

10. Ex quibus inferitur ad illam quaestionem, an vo- catus ad feudum, maioratum, fideicommissum, & id eo exclusus, quia vel profusus in approbata eligi- tione, vel factis iniurijs, si à Papa dispensetur, vt nubit, an iste sic dispensatus succedat in maioratu, feudo, & fideicommissum, non obstante, quod substitutus in pacifica maneat possessione; dicendum enim est, hunc succedere: siquidem ablato per Pa- pam impedimento, iam ille factus est habilis ad ma- ioratum, vel fideicommissum, ac si nunquam aliud impedimentum habuisset, non secus ac si primo, e- cessione, deinde diuina virtute ad vitam reuocatus fuisset: ita non obstante iure alterius quaesito, ille sic dispensatus ad maioratum, feudum, vel fidei- commissum, purificatis omnibus eius conditioni- bus, restituitur.

11. Notandum est etiam hic obiter, constare Cle- mentem IV. Alphonsi III. Portugallia Regis, ex Beatrice legitime susceptos, viuente adhuc Methil- da, Bononia Comitissa, legitima eius vxore, eadem postea mortua, legitime, regnoque successisse, vt post alios testatur Augustinus Barboza de officio Episcopi, part. 1. tit. 3. c. 2. n. 101. item, ex hoc textu in dicit. cap. per venerabilem, §. Rationibus igitur, manife- stum est filios Philippi Augusti, Francorum Regis, ab Innocentio III. ad effectum succedendi in pater- no regno legitimos effectos. Quod si postea illi re- gno non successerunt, sed Ludouicus VIII. ortu: ex Isabella prima eiusdem Philippi legitima vxore, quemadmodum scriptum reliquit Cuiacius in dicit. cap. per venerabilem, & latius Paulus Emilius in vi- ta Philippi Augusti, certe id parum ad rem nostram referre videtur, cum nostra disceptatio sit tantum modo de potestate Papæ legitimandi non subditos, etiam quoad iura succedendi; & cum Pontifices in his relictis casibus, hæc potestate in facto si fuerint, non videtur de illa amplius ambigendum.

12. Et hæc omnia latius præter meum institutum adnotare volui, quia displicet mihi aliquos Theo- logos recentiores nolle hæc opinionem in fauorem Pontificia jurisdictionis adharere, quam commu- niter amplexi sunt Doctores, & ipsamet Tribuna- lia Principum secularium.

RESOL. LXXXVIII.

An potestas statuendi impedimenta matrimonij, spectet priuatius ad summum Pontificem.
Et sicut ius integrum est summo Pontifici in vniuer- sa Ecclesia impedimenta matrimonij dirimentia statuere, an ita Episcopus in suis diocesis. Et part. 8. tr. 1. Res. 79.

§. 1. P. Osse ex vi sui muneris, si solum ius diuinum, & naturale inspicitur, sicut integrum est Summo